

dem Doctores observant, & ante eos D. August. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 1. non solum naturali, & 61 communis omnium gentium iure, t̄ sed Divino etiam atque Evangelico, non tantum privata dominia, verum Regna quoque, & Imperia hominibus imp̄is, & infidelibus; & quod magis est, idololatria concedi videntur, eisque parendum, 62 & obsequendum esse docemur, t̄ ut appareat ex Psalm. 2. Adisterunt Reges terra, & Principes convenerunt in unum. Jerem. 27. & Ezech. 26. ubi Nabuchodonosor t̄ Rex erat, non solum malus, & in peccato mortali, sed etiam idololatra & infidelis, & tamen teste ipso Deo, dominum habuit super gentes, & Regna; & Deus eis, non solum illum, verum filium, & nepotem ejus praefecit. Unde Daniel 2. dixit ei Daniel: Tu es Rex Regum, & Deus coll̄ dedit tibi Regnum; & idem dicitur de Cyro peccatore, & infidelis, Isaie 45. Hoc dicit Dominus Christo meo Cyro: Cujus apprehendit dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum revertam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum. Et Genes. 47. Joseph, qui t̄ fideli erat, suo consilio totam Aegyptum Pharaoni Regi infideli tributariam fecisse dicitur: in quo procul dubio praeccasset, si Pharaon verus Rex, & dominus esse non posset. Et Tobie 2. ubi t̄ Tobias jubebat reddi hoedum à Gentilibus captum, tamquam furtivum quod non esset, si Gentiles dominium 66 non haberent. Matth. quoque 22. t̄t Domini: Redde quae sunt Caesaris Caesaris; & Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum: & D. Paul. Roman. 13. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: & I. Pet. 2. Subiecti estote omni humana creature propter Deum, sive Regi quasi praeclentem, sive Ducibus tamquam à Deo missis. Et statim: Servi subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis, & modestis, sed etiam 67 discolis. Quia loca, t̄ & alia similia adducta per Autores supra relatos, praecepit Sayrum dicit. lib. 9. cap. 4. num. 11. satis ostendunt, vera dominia, & principatus in peccatoribus, & infidelibus reperiri, cum Princes, de quibus loquuntur, infideles essent, & t̄ habentur in cap. non frustra, & in cap. Regum 23. quest. 5. ex quibus expressè deducit Cardin. Turrecrem. in cap. dignitate, distinct. 3. quest. 3. versic. Respondere, etiam Principibus infidelibus obedientum esse.

Atque ad ea respiciens August. lib. 5. de Civit. Dei cap. 21. Non tribuanus (inquit) dandi regni, vel imperii potestatem, nisi vero Deo, qui dat facultatem regni colorum solis pli: regnum verò terrenum & pli, & imp̄is, sicut eti placeat, cui nihil injuste placet. Et infra: Ille verè unus Deus, qui nec iudicio nec adjutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Asyriis, vel etiam Persis. Qui Imperium dedit Mario, ipse etiam dedit Cajo Cesari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri, vel filio suavissimis Imperatoribus, ipse etiam Domiciano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostolo Juliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega, & de testanda curiositas.

Quod idem pulchre ostendunt D. Chrysostom. Ambros. Origen. Epiphan. Justin. Ignat.

Quin-

## CAPUT XI.

In quo vera predicta questionis resolutio proponitur, & problematica utramque partem defensare posse monstratur, utriusque argumentis peculiari response solutis:

## SUMMARIUM.

1. Problematico disputari potest in questione de infidelibus sub solam infidelitatem debellandis.
2. Hostiensis opinio ab Ecclesiâ recipitur, & practicatur, secundum Martam, & alias.
3. Christiani Scriptores non debent opinionem Hostiensis veneno offiscere.
4. Innocentio opinio refuta esse, aliquibus videtur, & quod ipsi sibi contraria fuerit.
5. Dominatio unitus hominis super alterum non fuit ex iure naturali.
6. Dominia & Imperia tunc infideli habere possint, eadem illis Rom. Pontifex admire potest.
7. Infidelium regna ad fidèles ex justa causa auctoritate Pontificis transferri possunt.
8. Cartas uniuersitatis secundum ejus conditionem est impendenda.
9. Oratio, quam Ecclesia pro infidelibus facit arguit eos verius dominium non habere.
10. Ecclesia errare non potest.
11. Imperia & dominia illa tantum legitima sunt, quae à Deo dantur, vel ab Ecclesia confirmantur.
12. Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum tyranorum imperium injustum fuit, & cur à Deo permisum.
13. Deus ex peccatis hominum multa bona operari, & diligere solet.
14. Imperia ad tyranos crudeles, & impios aliquando Deus transferre solet in punitione peccatorum, & num. 18.
15. Cap. audacter 18. 8. quest. 1. & cap. ex merito 6. quest. 1. exornatur.
16. Sicut fuit electus per exortiam à Deo voluntatem, ibidem.
17. Job locis cap. 34. de regno hypocritae explicatur.
18. Cap. hic itaque, 6. distinct. explicatur.
19. Varii Autores de causis cur Deus infidelium imperia permittit, tractantes numerantur.
20. Terribiliter allegatus locus referitur de his quae à Deo seluti incito permittantur, & non approbantur.
21. Permitimus quod non approbamus, aliudque est praecipere, aliud permittere.
22. D. Pauli, & alia Scriptura loci, que Dominis, & Principibus infidelibus obedientiam esse dicunt, qualiter accipiuntur.
23. Ecclesia hodie; eam magis aucta sit, multa facere potest, que olim non expedirent.
24. Omnia suis convenient temporibus.
25. Papa major est administratione Pauli; & contra eum recte dispensat in iis, qua Fidei non sunt.
26. Gentibus iuxta subiectam materiam aliquando sublām possessionem, vel detentione significatur.
27. Lex Christianis 6. C. de Paganis, explicatur.
28. Infideles apud Christianos degentes Ecclesia suavitatem trahunt praecepit, & quare.
29. Christus B. Petro terreni simul, & ecclesiæ imperia iura concessit.
30. Cap. solite de majorit. & obedient. exornatur.
31. Tolerantia Ecclesia circa dominia, & imperia infidelium, qualiter procedat.
32. Puniri quis aliquando, & ea sua privari potest, sine culpa sua, non tamen sine causa.
33. Religione favor, & ampliatio est causa causarum, & omnibus rebus preponitur.
34. Voluntate ex mera quod dependet, ex eadem adimi potest.
35. Innocentio sententia auctori verior, & communior videtur.

- 36 Hostiensis opinio que infidelibus dominium admittit, debet intelligi de Saracenis.  
 37 Ecclesia, & ejus Pontificis summa, & universalis potestas debet intelligi in spiritualibus.  
 38 Ita locus cap. 60. & alia, que loquuntur de domino Christi, qualiter sine accipienda.  
 39 Infideles non solum habent dominium, & imperia ex permissione Dei, sed etiam ex ejus concesione, & approbatione.  
 40 Scriptura sacra plura loca expenduntur, ad probandum veram dominationem, & jurisdictionem infidelium.  
 41 Date, verbum significat dominium transferre.  
 42 Iudei potuerunt licet afferre bona Aegyptiorum, quia Dei mandatum habuerunt, & in compensationem dannorum.  
 43 Dei autoritate qua sunt, omni viito, & scrupulo carent.  
 44 Variis contumelias Hebrai per Aegyptos affecti fuere.  
 45 Captivi Christiani possunt licet fugere a Saracenis, a quibus injusse capti sunt, & secum bona eorum adspicere.  
 46 Cap. si de rebus 23, quæst. 3. vera interpretatione donatur.  
 47 Hæretici, & apostatae à Catholicis puniri, & spoliari possunt.  
 48 Scriptura loca, quibus Deus impiis bonorum amissionem, & imperiorum translationem comminatur, qualiter accipienda sint.  
 49 Deus licet possit quolibet impiorum & infidelium punire, homines tamen ob hanc solam causam debellare, & depredari non possunt.  
 50 Infideles multa opera prestare possunt, quæ sibi undecunquam bona.  
 51 Concil. Trident. sess. 6. de justif. canon. 7. explicantur.  
 52 Infidelium omnia opera qui peccata esse dicunt, qualiter accipienda sunt.  
 53 D. Pauli ad Rom. 14. locus, Omne quod non est ex fide, &c. explicatur.  
 54 Cap. omne 28. quæst. 1. & cap. quoniam omne, & cap. ultim. de præscript. explicantur.  
 55 Infideles qui, quando priuari possint dominio quoddam habent supra fideles, & num. 48.  
 56 Lex 1. & similis, C. ne Christ. mancip. explicatur & illustratur.  
 57 Uxorem conversam potest Papa eximere à potestate mariti infidelis.  
 58 D. Thome verba difficultia 2. 2. quæst. 10. art. 10. qualiter accipi debeant.  
 59 Infideles indirecte possunt priuari dominio supra fideles.

**H**æc plandunt potiora, & urgentiora argumenta, que in prædicta questione ad utramque partem adduci, & expendi possunt, levioribus aliis omissionis, que ab utriusque sectoribus congeruntur. Et quidem in re adeo ambigua, & qua tot ac tantis rationibus, & auctoritatibus hinc & inde corroboratur, nullum placitum admettit, qui pro hac, vel pro la opiniōne pugnaverit, aut se utriusque problematicum assertorem obtulerit. Nam & prior hostiensis, & sequacum, que absoluit infidelibus dominium, & jurisdictionem admittit, à sancta uero Romana Ecclesiæ amplexatur, & ubi exinde videatur, practicari & exerceri solet, ut se affirmat D. Marta in d. tract. de jurisdictione part. cap. 24. in fine, adjicens, quod non dererent Christiani Scriptores illam veneno affice, & quod contraria Innocentio rejecta jam est. Idem testatur Petr. Malferit. apud Mandell. &c. cons. 769. num. 93. lib. 4. addens, cumdeinceps, & deinde contrarium docuisse in cap. 17. de foro competet, & quod illius opinio, & auctoritas in d. cap. quod super, Scriptura, & Canonum, & gravissimorum Doctorum auctoritatibus est reprobata.

Cujus argumentum, si quis respondere voluerit, ad primum de iuribus, & auctoribus, quibus probabimus, dominia reum naturali iure indistinctè fidelibus, & infidelibus queri, dicere possumus cum eodem Malferit. num. 95. & Mart. num. 34. & seqq. id, t̄ quod dominationem unius hominis super alterum, locum non habere, cùm potius Natura initio omnes homines liberos procreaverit, l. manumissiones, ff. de justitia & iure, cap. ius naturale, 1. distincti, cum traditis a D. August. lib. 19. de Civit. Dei, 14. & D. Thom. I. part. quæst. 69. art. 4. & à nobis infrā lib. 3. cap. 6. ex num. 1. Aut quod planius, pleniusque est, t̄ verbum quidem esse, dominium rerum, & jurisdictionis proper infideliatibus nequaquam excludi, posse tamen Romanum Pontificem, ex potestate sibi à Christo communicata, illud ab infidelibus ad fideles ex justa causa transferre, ubi Ecclesia convenire videbitur, & spolia impiorum pīs applicare juxta text. in d. exp. translato, de constit. cum aliis suprà pro confirmatione opinonis Hostiensis adductis.

Secundum autem, quo evicimus, dominia & imperia rerum, Regnum, & provinciarum, non fundari præcise in gratia & caritate Dei, sed in libero arbitrio & ratione, ac proinde verum dominium etiam in peccatoribus, & infidelibus dari; eodem ferme modo dissolvit potest. Hoc enim non tollit, quin t̄ summus Ecclesiae Romanæ Pontifex, justa causa interveniente, prædicta potestate uti valeat, ut infidelium Regna, & jurisdictiones ad Christi ovile transferendo, illisque rectorem assignando, qui Verbi Divini prædicatores defendat, & eosdem infideles ad bonos mores, Catholicam Fidem, & vitam aeternam reducat. Caritas quippe, t̄ qua proximos quoslibet naturæ nostræ participes, atque etiam infideles, & Saracenos, sicut nos ipsos diligere debemus, de qua agitur in cap. caritas, de penitent. distinct. 2. & diximus suprà cap. 9. num. 74. unicuique secundum ejus conditionem est impendenda, ut ibidem testatur gloss. verb. Participes, & in terminis nostris questionis observat Marta d. cap. 24. num. 32. subiectis in num. 45. quod oratio t̄ sancta Matris Ecclesiæ, quam facit contra infideles, & Saracenos, satis ostendit, penes ipsos justum & irrevocabile dominium non consistere, & habet enim in hunc modum: Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura Regnum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Paganorum, que in sua feritate confidunt, dexteræ tuae potestis conterantur. Et quod hac sola oratio ad hoc probandum sufficit, quia t̄ Ecclesia errare non potest cap. 10 sancta Romana, 15. distinct. & cap. 1. §. quibus 19. distinct.

Tertiò vero argumento, ex locis sacrae Scriptura deducit, quibus dominia, Regna, & Imperia non solum humano, verum & divino iure in peccatoribus, & infidelibus dari, & revereri, sive agnoscere debere, probavimus, responderi potest, ea t̄ solum dominia justa, & legitima appellari posse, que sunt à Deo dāta, vel ab Ecclesia confirmata: illa vèro Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum, de quibus in prædictis locis

Scrip̄tūrā fit sermo, justa non fuisse, neque ex  
12 divina voluntate concessa, sed t̄ tantum in illis  
tyrannis, & iniquis usurpatōribus permitta, ut  
ex malis bonum aliquod eliceret, & supplicia,  
que operari decreverat, his veluti flagellis im-  
13 pleret. Est t̄ enim Deus tam bonus, ut velit, tam  
potens ut possit, tam sapiens, ut sciat peccata  
hominum, que nec ipse fecit, ne fieri vult, in  
bonum convertere, & ad aliquid, quod facturus  
est, mirabiliter dirigere, vel ad suam misericordiam,  
& clementiam demonstrandam, vel ad rec-  
titudinem & rigorem justitiae sue ostendendum,  
dum illa temporalibus, aut aeternis suppliciis cas-  
tigat, ut copiosè ostendit. D. August. lib. 19. de Civitate Dei, cap. 8. 9. & 10. Euseb. lib. 3. de  
14 prepar. Evang. c. ult. Seneca in l. cur bonis mala,  
& mali bona eveniat, si est providentia? Pere-  
rius l. 4. in Genes. to. .... q. 4. & Rutil. Benzon.  
de anno Jubil. l. 6. pag. 665. in se Lomp. la mis-  
Et ita videmus t̄ ad pessimos interdum & crudelissimos tyrrannos imperia transferri, non quod  
Deus illos eligat, sed quod in sui Numinis ultio-  
nem illorum electionem, & comminationem  
permittat, sceleris sceleribus puniens, & atrocias  
delicta atrocibus poenis etiam per manus suorum  
inimicorum rependens, ut pluribus exemplis  
probatur in cap. remittuntur 23. quest. 5. & in  
alii locis congrētis à Simon Majol. in diebus Ca-  
nic. tom. 2. colloq. 2. pag. 109. & tom. 3. colloq. 2.  
pag. 371. & Fr. Joan. a Torquemad. in Monarch.  
Ind. lib. 6. cap. 8.

Et hoc est, quod D. Hieronymus inquit in  
15 cap. audacter 18. q. 1. iudices hemp̄e, & Prin-  
cipes iniquos non per Dei arbitrium dari, sed  
prout nostra merita depositū, ut in Saulē con-  
tingit, qui secundum Archidac. ibidem, fuit electus  
per extortam à Deo voluntatem, non sponte-  
taneam, ut probatur 1. Reg. c. 8. & idem tradi-  
tur in cap. ex merito 6. q. 1. ibi Ex merito populi  
nonnumquam Episcopi depravantur, quatenus pro-  
16clivis cadant, qui sequuntur, & t̄ Job. c. 34.  
dum inquit: Facit Deus regnare hypocritam prop-  
ter protrexitatem populi, ubi subincitligitur, puni-  
niendam, vel vindicandam, ut advertit additio  
Hugonis & Laurent. in d. cap. audacter, & text.  
17 juxta gloss. in cap. his itaque 6. distinet. qua  
illa verba: Unde in Genesi legitur, Nimbrot.  
robustus venator coram Domino, interpretatur,  
id est, Hominum oppressor permittente Domino.

Quod in nostris terminis observat Petr. Mal-  
ferit. dīct. consil. 769. num. 66. & 67. Marta d.  
cap. 24. ex num. 37. Marquar. de Susanis in tract.  
de Iudeis & infidel. part. 3. cap. 1. num. 4. & se-  
quent. ubi latē t̄ tradit causas, cur Deus impe-  
18 ria & victorias infideliū, & hereticorum ali-  
quando permittar; & tergit Matzen. in Dialog.  
Relator. 3. part. cap. 6. n. 6. Petr. Mexia in sylva,  
1. part. cap. 34. Alphons. Guerter. in specul. Prin-  
cip. cap. 35. Menchac. lib. 1. controvers. illustr.  
cap. 21. n. 10. & seqq. Petr. Gregor. de Repub.  
l. 21. cap. 2. n. 228. pag. 238. Maluenda late ex-  
plicans illud Job de c. 34. in tract. de Antichrist.  
lib. 6. cap. 1. pag. 34. Pineda latissime in com-  
mentar. sup. Joan. ed. cap. 34. Mader. de excell.  
Monarch. Hisp. c. 1. fol. 3. Torquemad. in dict.  
Monarch. Ind. l. 11. cap. 6. pag. 338. Garc. Mas-  
trill. de magistr. lib. 3. cap. 1. num. 100. pag. 242.  
Tom. I. de Ind. iur.

Et pulchre præsensit D. August. lib. 19. de Civit.  
Dei cap. 14. sic legens, & exponent illud Pro 19  
verb. cap. 8. Per me Reges regnant, & tyranni per  
me tenent terram, & Tertullian. in lib. de exhort.  
ad castitatem sub initium, ubi sic t̄ at: Nam 20  
si quedam videntur voluntatem Del sapere, dum  
ad Deo permittuntur, non statim omne quod per-  
mittitur, ex mera, & tota voluntate procedit ejus,  
qui permittit. Ex indulgentia est, quocumque  
permittitur, que etsi sine voluntate non est, quia  
tamen aliquam habet causam in loco, cui indulge-  
tur, quasi de invita venit voluntate, passa causam  
sui, que cogit voluntatem.

Aliud namque est t̄ præcipere, aliud permit-  
tere, & id, quod permittimus, non approbamus,  
cap. nec mirum 26. quest. 5. cap. bac rationes 31.  
quest. 1. cum traditis à Proposito in cap. qui sin-  
cera, col. ult. 45. distinct. Malferit. Guerter.  
Menoch. & aliis ubi sup. & Illustrissim. Cardin.  
Bellarm. omnino videndus lib. 3. de laicis cap. 6.  
per totum.

Neque obstabit, si quis t̄ loca D. Petri, &  
Pauli in eodem tertio argumento relata, nobis  
objicit, quibus, obediendum esse dominis, &  
Principibus, admoneatur. Nam imprimit respon-  
det Marta ubi sup. num. 38. & sequentibus, ibi de  
Ethnicis, & infidelibus non tractari. Et ut hoc  
excludamus ex rationibus & argumentis, quæ  
in contrarium perpendit Pater Statez in defens.  
Fidei lib. 3. cap. 4. n. 5. responderi etiam poterit,  
monitiones illas ad justum dominium in perso-  
nis infidelium fundandum nequam sufficere,  
cum ab Apostolis traditæ fuerint pullulantis Ecclesie  
temporibus, quibus, verendum fuit, ne  
Gentibus scandalum præberetur, si suis bonis,  
aut servis spoliarentur, ut idem D. Petrus ex-  
pressè subiungit. Quod non t̄ excludit quin pos-  
tea Ecclesia magis aucta, & extensa, aliud statua-  
tur, & Romanus Pontifex, qui non solum Dei  
Viciarius dicitur, sed Deus vivens in terris se-  
cundum Joan. de Annanias in cap. quod olim de  
Iudeis, laudatum à Malferito dīct. cons. 769. n.  
51. & 52. ex facultate, quam sibi à Christo conces-  
sus esse retulimus, dominia, & imperia in-  
fideliū auferre, & ad fidèles transferte possit.  
Omnia quippe t̄ suis convenienti temporibus, ut 24  
eleganter probat D. August. in cap. si Ecclesia  
23. quest. 4. Malferit. sup. n. 79. Anastas. Ger-  
mon. lib. 3. de Sacr. immun. cap. 13. num. 107. &  
seqq. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 17. n. 7. pag.  
766. Corduba in quest. lib. 1. quest. 53. dub. 5.  
pag. 502. & Nos infra latius trademus.  
Et Pontificis manus illis Pauli consilii alligari  
non potuerunt; Papa t̄ quippe major est admi-  
nistrazione Paulo cap. 1. dist. 20. cap. sarcosancta  
dist. 22. & contra Apostolum recte dispensat in  
iis, qua non concernunt Articulos Fidei, ut  
doct. gloss. in cap. sunt quidam 25. quest. 1. Hos-  
tis. in summ. tit. de bigamis, vers. Et an cum  
bigamo, Præposit. in cap. lector. dist. 33. Marta  
ubi sup. num. 40. & gloss. & cateri Canonistæ in  
cap. proposit. de concis. prebend.

Neque etiam obstabit ponderatio text. In cap.  
remittuntur, vers. Per scientes 23. quest. 5. Nam  
līcet genitivus, & de quo ibi, plerumque domi-  
num, & proprietatem significet, aliquando tam-  
en, juxta subjectam materiam, solam admini-  
strare. Dd 2 nis-

nistrationem, possessionem; aut usumfructum, imo & violentam detentione designat, ut in cap. pro illorum gloz. 2. de probend. l. in venditionem, in princip. de reb. auctor. iud. possidendum cum aliis, quae congerit Malferit. sup. num. 100. Menoch. de recuper. posses. rem. 1. n. 5. & Card. Thusc. conclus. 37. lit. G.

Ad quartum argumentum constructum ex l. Christianis 6. C. de Pagan. & alis iuribus, & auctoribus, quibus Iudaicis, Paganis, & aliis infidelibus quiete degentibus nullam injuriam in personis vel bonis faciendam esse decernitur. 28 Responderi potest cum eod. Malferit. num. 88, ea iura de Iudaicis dumtaxat, & infidelibus agere, qui apud fideles existunt, & commorantur, quos nostris monitionibus, & prædicationibus ad Fidei suscipiendum possumus exhortari. Quam obrem voluit Ecclesia ita blande, & suaviter cum illis procedere, & iniquum fieri potest eos, eorumque ritus permittere, ac tolerare, ut per hujusmodi consortium valeamus, eos Christo lucifacere cap. infideles 24. q. 4. & cap. ad mensam 1. q. 8. Nostram autem questionem de illis infidelibus agere, qui non apud nos, sed in suis provinciis degunt, numero, & divitias potentes, quos potest Ecclesia, ut sepè diximus, si opportunum esse censuerit, suis Regnis, & dominis private, cum t. Christus B. Petro æterna vita clavigero terreni simul, & coelestis imperii iura concesserit. Ut expressè dicitur in cap. l. dist. 22. & de ejus supra potestate intelliguntur illa verba Jerem. 1. Ecce constitui te super gentes & Regna, ut evellas, dissipes, adfices, & plantes. Secundum explicationem, & applicatio- 30 nem, quam facit t. text. in cap. solita, de maior. & obed. & alla, quæ de potestate Romani Pontificis in concedendis Regnis temporalibus fidelium & infidelium alio loco trademus. Quibus 31 adjicit Marta d. cap. 24. n. 55. tolerantiam, t. sive permissionem, quam Ecclesia in illis infidelibus facit, velut à nolente procedere, quia malam voluntatem in totum cohibere non potest dist. cap. hac ratione 31. quest. 1. quod in dominio, imperio, & jurisdictione istorum non semper tolerandum fuit, cum sint eorum incapaces, & esset anima, ac longa tolerantia in præjudicium fiducium; ad quos ex præcepto Domini, Ecclesia iubente omnium Regnorum iura translatâ, esse intulimus.

Ad quintum ex eo desumptum, quod Indi infideles, si ob solam infidelitatem Regnis, & dominis suis spoliari possent sine culpa utique puniuntur, respondet idem Malferit. supr. n. 91. 32 quod licet verum sit, t. neminem regulariter sine culpa puniri, aut se sua privari debere, ut probant iura, & Doctores in argumento relati; multoties tamen contigit, ut quis privetur iure suo sine culpa sua, non ramen sine causa, ut notanter dicit glossa communiter recepta in dict. cap. cognoscentes, de const. & in cap. fin. schol. 2. de eo qui cognos. consang. uxor. sua. Rebuf. in dict. l. alius est fraus, pag. 688. & late Petr. Pechius per text. ibi in cap. sine culpa, nisi sub sit causa, non est aliquis puniendus, de reg. iur. in 6. Quo fit, ut in questione proposita, securè & licite dicta translatio fieri possit, cum tot cause & rationes interveniant, ut supra tradidimus. Et t.

Christianæ Religionis favor & utilitas ad idem impellar, quæ causa omnium causarum appellatur solet, & est res incomparabilis, & hominum vi- tæ, ceterisque rebus anteponenda, l. si quis se- pudichrum, l. sancta persone, ff. de relig. & sum- funer. l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cap. reci- 33 pimus 12. q. 2. ubi glos. verb. Religionis, de dolo & contum. cum latè traditis à Jas. in l. 1. lec. 1. n. 18. C. de sacros. Eccles. & in auth. ita quia mul- tier, n. 14. cod. tit. Mar. Mantua in Enchirid. cap. 242. Marc. Ant. Martsil. in tract. de Eccles. redit. orig. 3. p. c. 13. n. 23. & 65. Beron. q. 14. n. 2. & Rebuf. in concord. rub. de Regia ad præ- nomin. §. 1. gloss. consanguinei in fin. Præsertim, quia si (ut supponimus) hec ademptio: & translatio ex divina voluntate procedit, ubi per Pontifices declaratur, nihil est, de quo infideles querantur, aut se iusontes puniri causerunt: i. 34 cùm id, quod ex merita & absoluta alterius vo- luntate dependet, ex eadem tolli & adimi possit, l. judicium solvit 58. ff. de judicis, l. 1. §. 2. & l. & babt 15. ff. de precario, l. 21. tit. 4. part. 3. cum aliis.

Si quis autem pro Innocentio sententia stare malit, quæ in infidelibus veram dominationem, & jurisdictionem agnoscat, t. quam ego vero 35 rem existimo, & frequentiori scribentium calcu- lo receptam invenio. Ad Hostiensis, & sequaciu- um argumenta ita satisfacta poterit. Ad pri- 36 mum, satis probabile esse, quod Episcopus Chiapensis advertit in d. tract. comprob. fol. 42. & 45. Hostiensem t. scilicet non generaliter de omnibus infidelibus esse locutum, sed de Saracenis dumtaxat, qui Christianos infestant, & bona quæ quandam illorum fuerint, iustè de- tentant, in quibus diversa ratio, quam in aliis infidelibus militar, ut infra dicemus.

Et ut concedamus, illum indistincte pro- 37 cedere, parum tamen firmum, & securum esse quod asserset de dominio, & translatione Sacerdotii & reliqui, quæ in Christo, & ejus Ecclesia, & Vicariis post adventum Christi considerat, ut ob hæc infideles suis bonis, & potestibus à fidelibus spoliari possint, cum ea de spir- 38 ritualibus tantum intelligi debeant, ita ut iam extra Ecclesiam non sint Sacra menta, nec sa- crificia; nec illa via ad salutem, ut habetur in cap. firmiter de sum. Trinit. & in nostris terminis post alias observat Salom. dict. tract. de domin. quest. 2. art. 2. Sayrus in d. clavi Regia 2. part. lib. 9. cap. 4. in fine, & latius disputabimus infra cap. 17.

Et hoc est, t. quod tradere voluit Isaías in d. 38 cap. 60. gentem, & Regnum, quod Christo non servierit, peritum, & reliqua loca, quæ ad Christi Domini potestatem asserendam adduximus: spiritualiter namque dominationem & jurisdictionem respiciunt, ut prædicti. Autores defendant, non verò temporalem, quam ante, & post adventum Christi, infidelibus sartam, & illibatam mansisse, tot utriusque testamenti, & juris locis probatum reliquimus. Quæ non t. 39 ad solam Dei permissionem referenda sunt ut Marquard. Malferit. Marta, & ali opinamus, verum etiam expressam Dei concessionem, & approbationem ostendunt ut bene advertit Sayrus ubi sup. & Pat. Mag. Fr. Ant. Perez in Lau-

rea Salmant. certam, s. expoit. cap. 2. pag. 269.

40 n. 11. Nam t. Jerem. Ego, inquit, Dominus dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosori Regis Babylonis servi mei, insuper & hostias agri dedi ei, ut serviant illi & servient ei omnes gen- tes. Et Ezech. 29. de eodem loquens, ait: Dedi terram Egypti, pro eo quod laboravit mihi, ait Dominus Deus, & Daniel. 2. Tu es Rex Regum & Deus cæli dedit Regnum tibi, & Sapient. 6. A domino data est potestas nobis, & cum essetis ministri Regni illius, non recte judicatis, & Joan. 18. Dominus sermonem habens cum Pilato, qui impius, & infidelis erat, inquit: Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset de- super, & Matth. 23. Super Cathedram Moysi sederunt Scribe & Pharisei; omnia ego quæcumque dixerint vobis, servate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere.

41 Verbum t. autem dare, quod sapientia scriptura in prædictis auctoritatibus repetit, plenam, & irrevocabilem dominii translationem significare solet, l. ubi autem non apparet 73. q. fin. ff. de verbis obligat, ubi Jas. & ali. num. 2. l. quod quis 49. ff. de condit. indeb. l. 1. ubi Cyrus, & Salic. C. de fundo dotali, cum aliis late traditis ab Anton. Gomez 2. tom. variar. cap. io. num. 22. Joan. Gæd. in tract. de contrab. stipul. cap. 9. cond. 4. ex n. 17. & Card. Tusch. pract. consil. iur. lit. D. concl. 17.

42 Ad secundum vero responderetur, spolia t. qua- 43 tur illa fugientes ab Egyptiis abstulerunt, non ob id a peccati, & injustitia habe defendi, quod Egypti infideles essent, sed quod expressum Dei mandatum processit, qui id facere præci- piebat: t. cuius auctoritas, ubi intervent, omne vitium eluit, & omne crimen purgat, ut alias de prescriptione longissimi temporis dicitur in l. sicut de prescript. 30. vel 40. ann. & in l. omni- ne. C. de quadrienniis prescriptione, & de lega in l. Gracebus, C. ad L. ful. de addit. & in nostri terminis eleganter notavit D. August. relatus à Gratian. in cap. Dominus noster 23. quest. 2. cum aliis, quæ adduximus sup. cap. 2. ex n. 25.

44 Presertim t. cum illud præceptum co magis rationi consonum videretur, quod Egypti Hebreos per tot annos durissima servitute compellerant, cuius vindicta majori quidem compensatione digna videri potuit, ut bene obser- 45 vat Abulensis in quest. supra Exod. 6. 3. & 12. & ante eum B. Irenæus 1. 4. 49. Ubi vide adnotacionem Fevardi, qui similes allegat B. Augustin. Theodoreti, & Alcini Viennensis locos & elegantissime Tertullian. lib. 2. contra Marc. c. 20. Ubi inquit, quod etsi solo injuriarum iudi- dicio Hebrei Egyptios reconvenirent, & scapulas suas, flagellorum contumeliosâ atrocitate laceratas, ostenderent, non pauci lancibus, & scyphis pauciorum utique divitum, sed toris, & ipsorum facultibus, & popularium collationibus, cis satisficeri non posset. Et lib. 4. advers. eum. Marionem c. 24. camdem sententiam non minus eleganter repulit, sic inquisiens: Christus dignos pronuntians mercede operarios, excusat præceptum illud creatoris de ovis aureis, & ar- gentis Egyptiorum auferendis, qui enim villas, & urbes operari fuerint Egyptiis, digni utique operarii mercede, non ad fraudem sunt instruti,

Et secundum vero responderetur, spolia t. qua- 46 tur illa fugientes ab Egyptiis abstulerunt, non ob id a peccati, & injustitia habe defendi, quod Egypti infideles essent, sed ad bonum non susceptum, sed ad bonum suscep- 47 sum. Ad secundum vero responderetur, spolia t. qua- tur illa fugientes ab Egyptiis abstulerunt, non ob id a peccati, & injustitia habe defendi, quod Egypti infideles essent, sed quod expressum Dei mandatum processit, qui id facere præci- piebat: t. cuius auctoritas, ubi intervent, omne vitium eluit, & omne crimen purgat, ut alias de prescriptione longissimi temporis dicitur in l. sicut de prescript. 30. vel 40. ann. & in l. omni- ne. C. de quadrienniis prescriptione, & de lega in l. Gracebus, C. ad L. ful. de addit. & in nostri terminis eleganter notavit D. August. relatus à Gratian. in cap. Dominus noster 23. quest. 2. cum aliis, quæ adduximus sup. cap. 2. ex n. 25.

48 Et deinde tertio argumendo fit satis, si consideremus, eam assertionem, quæ docet, omnia opera infidelium esse peccata etsi à multis recipiatur, quos ibi retulimus, magis tamen committet a reliquo Theologis Scholasticis impugnari, 50 t. quia multa præstare possunt, quæ in genere moris, & virtutis bona undecimque sint, ut deciditur in Concilio Arausicanus 2. circa finem, & post D. Thom. 2. 2. quest. 10. art. 4. probat Ca- jetan. & alii Scribentes ibidem, & in l. Sentent. dist. 4. Sotus lib. 1. de natura & gratia cap. 19. 20. & 21. Medin. in l. 2. quest. 109. art. 2. pag.

pag. 984. vers. Ad 5. respondetur, Aragon. in 2.2. quæst. 10. art. 10. pag. 310. vers. His tamen non obstantibus & latius art. 4. per totum, Bellarm. tom. 3. lib. 5. de gratia & liber. arbitr. ex cap. 9. Bened. Pereir. ad Roman. 14. disput. 5. Valencia 3. tom. disput. 1. quæst. 10. pue. 2. Vega lib. 6. in Trident. cap. 34. & 40. Navarr. de finib. hum. act. 6. 2. n. 15. pag. 336. Covarr. loquens generaliter de operibus extra caritatem factis, in cap. Alma mater 1. part. 9. 4. num. 7. Joan. Azor. 1. 3. instit. Moral. c. 29. quæst. 6. & 1. 4. cap. 25. quæst. 14. Pat. Gabr. Vazquez sup. 1. 2. tom. 1. disput. 19. num. 7. & sequentibus. P. Lorca in 2.2. sect. 1. disput. 35. per totam. P. Ludov. Torres de Fide. Spe. & Caritate disput. 50. dub. 3. column. 628. & sequentibus. P. Suarez in tractat. de Fide disput. 17. sect. 3. ex num. 1. & eruditissimus P. Joann. Maldonat. in commentar. sup. Matth. cap. 7. column. 176. Ubi ait, merito contrarium opinio. 51. neni nuper esse damnatam. in Concil. Trident. sess. 6. de justificat. c. 7. Ubi ita caverit. Si quis dixerit, opera omnia, que ante justificatiōem sunt, quacumque ratione facta sint, vera esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nūt̄ se disponere ad gratiam, tanto etiam gravius peccare, anathema sit. Et quod D. August. Gregor. Prosper. & alii in contrarium 52. definire videtur, id dum in Ethicis veras virtutes referiri incantur, eō respicit secundum auctores supr. relatos, quod illas steriles judicabant, & absque coelesti, & aeterno premio, & fructu, ac plenum studio, & gratia humana laudis, honoris, vel gloriae, & quia qui Fidem non habent, caritate quoque vacant, quæ sine fide in hac vita esse non potest.

53. Neque his adversatur. Apostolus ad Roman. 14. dum ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Nam licet aliqui ex sanctis Patribus, ut in argumento diximus, id de Fide, qua in Deum credimus, explicit, communior tamen sensus est, & Apostoli verbis conformior, uides ibi pro conscientia accipitur, quasi Apostolus dicat, omne quod fit contra conscientiam, aliquid suadentes esse peccatum, ut cum Orig. Chrysostom. Ambros. Theodor. Theophylact. OEcumen. Anselmo, & aliis resolvit. Azorius d. cap. 29. quæst. 6. Mag. Lorca dicit. disput. 35. Et in hunc sensu predicta Pauli auctoritas sapientia nostris Pontificibus allegatur: in cap. omnes 28. quæst. 1. cap. querat aliquis de penitent. distinc. 3. cap. per tuas 2. de simonia, cap. per literas, & restitut. spol. cap. quoniam 9. & cap. ult. de prescript. cum aliis, que bene notat Didac. Covart. in Reg. possessor. 2. part. §. 6. num. 1. de reg. jur. in 6.

Denique quarto argumento ex verbis D. Thom. deducere responderi potest cum Mag. Bañez in 2.2. quæst. 10. art. 10. in fine, col. 536. 55 Angelicum Doctorem intelligentem esse de infidelibus, qui habent repugnantiam ad fidem; si enim causa talis infidelitatis indigni sunt, ut fidelibus dominentur, eorumque dominio, & prælatione ab Ecclesia justis de causis privari, & spolnari possunt, maxime si infideles in terris fideliū degant, aut fideliū numerus angari incipiatur, illorumque conversio infidelium prælatio impedimento esse censeatur. Nefas quippe

judicatum est religiosa mancipia impiissimorum inquinari domino, ut ait. t. l. ult. ne Christian. 5.6. mancip. in C. Theodos. l. 1. & per totum, C. codem, cap. cum sit nimis, cap. multorum, cap. ad bac, cap. nulli de Judais, cap. mancipia 54. dist. cap. eti, cap. præsentis, cap. multas, cap. Judas 17. quæst. 4. l. fin. tit. 2.1. part. 4. l. 13. tit. 9. part. 6. l. 10. tit. 24. part. 7.

Et quemadmodum potest Papa uxorem, t. 1. conversam eximere à potestate viri pagani, juxta doctrinam D. Pauli 1. ad Corinth. 7. cap. gaudentius de divertiti, ita potest fideles baptizatos à jure, & obedientis infidelium, & paganorum Principium liberare, si Christianismum impediunt, ut observant & resolvunt D. Thom. in addition. 459. DD. in 4. distinc. 39. Cajetan. 2. 2. quæst. 66. artic. 8. Bertachini. in repertor. verb. Judaei. num. 56. Gregor. de Valentia tom. 3. quæst. 10. punct. fin. Aragon. in 2.2. quæst. 10. art. 10. conclus. 1. pag. 310. Salon. in 2.2. tractat. de dominio, quæst. 3. artic. 1. & Joan. Azor. in summa lib. 8. cap. 26. vers. Duodecimo queritur, colum. 1278. Cardin. Bellarmin. lib. 5. de Roman. Pontif. cap. 7. Fr. Emanu. Roderic. in quæst. Regular. tom. 3. quæst. 32. artic. 4. & doctis. Pat. Suarez in defens. Fidei, lib. 3. cap. 4. num. 5. & sequentibus, & cap. 23. num. 22. pag. 340. & novissime in tractat. de Fide disput. 18. sect. 5. a. n. 6. Ubi etiam post D. Thom. & alios supra relatos ex eisdem principiis deducit, non licere fidelibus sibi de novo Regem infidelem creare.

His autem non intervenientibus verior, & communior sententia est, infideles t. ob solam 58 infidelitatis causam non posse regulariter privari domino, quod habent supra fideles, ut concludit D. Thom. Cajetan. Bañez, Aragon. & alii ubi supra. Sylvester verbo Infidelitas, quæst. 4. Driedon. lib. 3. de liber. Christian. cap. 9. in fine, Victor. dict. relectione 1. de Indis. num. 6. & 7. Sot. in 4. distinc. 5. quæst. 1. artic. 10. ad 5. & 1. de justific. & jure, quæst. 2. artic. 2. Bellarmino. tom. 1. controvers. 3. l. 5. cap. 2. Salmeron. Actor. 13. tract. 37. & 38. Pat. Torres de Fide. Spe. & Carit. disp. 52. dub. 1. colum. 645. Anton. Per. in dict. Laurea Salmant. certam. 5. exposit. cap. ult. pag. 296. n. 61. late & optimè Pat. Suarez d. 1. 3. c. 3. per totum, & d. sect. 5. n. 3. & 4. ubi fundamenta hujus opinionis adducit, & P. M. Lorca in 2.2. quæst. 10. ex pag. 235. Ubi admonet, quod licet verba t. D. Thom. in 59 argum. relata difficultas sint, nam Ecclesia non habet aliquam jurisdictionem supra infideles non subditos Christianis reducenda sunt ad bonum sensum, ut dicatur per ordinationem Ecclesia posse tolli jus dominii t. indirecē, præcipiendo Christianis, ne infidelibus serviant, & hoc justi fieri; quia infideles propter infidelitatem occasionem præbent, ut juste fideles ab eorum domino subrahantur, quia inconveniens est, fideles infidelibus servire. Et hoc esse inquit, quod D. Thom. tradit: Meritò infidelitatis merentur privari dominio super fideles.

Et eamdem expositionem, licet aliis verbis, præsensit Aragon. d. quæst. 10. art. 10. in fin. vers. Ultima conclusio, dicens, quod quia regulariter, & ut plurimum fideles, servientes infidelibus, versantur in maximo periculo amittendæ

- Fidei; propterea Ecclesia, quæ respicit ea, quæ magis frequenter contingunt, sine alio majori examine potest condere legem, quæ tales servi à servitute liberentur, cum possit, & debeat, ea omnia prævenire & disponere quæ convenient ad salutem spiritualem. Et idem in effectu concludit, & latius probat P. Suar. in d. lib. 3. defens. cap. 23. num. 21. & dict. sect. 5. num. 6. & sequentibus.

## CAPUT XII.

De sexto titulo, qui ad eodem Indos justè debellandos, & subgredibus alii frequenter adstrutur, quod plurima, fœdissimaque peccata contra legem naturæ committerent, tyramiden exercercent, antropophagi essent, & idololatriæ, eruentique hominum sacrificiis immanissime dediti.

## SUMMARIUM.

1. Indi, & alii infideles an possint debellari ob tyramiden, & idololatriam, & peccata contra naturam.
2. Autores plurimi recententur, qui generaliter affirmant, licet debellari posse infideles non servantes legem naturæ.
3. Autores plurimi recententur, qui specialiter de Indis agentes, eos ob idololatriam, & crimina contra naturam debellari posse docuerunt.
4. Indorum omnium Principes, & Reguli tyranni erant & quomodo.
5. Reges Indorum, præterim Peruani & Mexican, quæ tyramnic & crudeliter vasallos suos vexarent, & gubernarent.
6. Indi inter alta durissima, quæ a suis Regibus patiebantur, seruilibus semper, & laboriosis operibus exerceri solebant, ne usquam requiesce posset.
7. Adficiorū, & aliorū ingentium operum, quæ olim Indi fecerunt, hodie plura vestigia manent, quæ remissiæ recententur.
8. Pyramides & Musolea Ægyptiorum, & lateres à populo Israeliticæ facti, tyramiden, & crudelitatem jubentibus & eximium laborem adficiantur ostendunt.
9. Tyrannorum vita, & proprietates quæ.
10. Lex 10. tit. 1. part. 2. quæ apponit definitionem tyranni illustratur.
11. Princeps rectus, & justus magis subditorum comodis, quam propriis studet, & qualiter à tyranno differat.
12. Reges infideles ut plurimum tyrannice dominantur, ibidem.
13. Tyranni citio percuti, & regnum brevi amissione & translatione pantur.
14. Sapientie locus cap. 16. vers. 10. expeditur.
15. Job verbis cap. 15. vers. 10. explicatur.
16. Ecclesiastes capit. 8. vers. 9. explicatur.
17. Isaiae locus cap. 15. vers. 4. explicatur.
18. Potentia nulla sceleris quæstia potest esse diurna.
19. Tyranni pauci siccæ morte perirent, vel ad posteriores suos Regna transmittunt cum Juvenali, & Eliano.
20. Indorum tyranni raro in suis Imperiis consenserunt.
21. Indi Peruani fassi sunt ob tyramiden Atahualpa se a Deo sub jugum Hispanorum missos.
22. Viracochas cur dicuntur Hispani ab Indis Peruanis.
23. Indi omnes plurima, & fædissima peccata contra legem naturalem committabant.